

rum exiterant, ut ubi quoque suae hypocrisis signa, ac monumenta donantur.

39. Quare. In angulis orant. Anguli in domo Job primò commoventur, ac concutuntur à tempestate. Venus vehemens irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus. Job. 1. num. 19. Sed cur totum hoc aedificium ab angulis incipit comprimi, ac devastari? Cur anguli primò à tempestate impelluntur? Origenes in

Origen. Hypocrisis iactura rotis. Gena Graeca. Eo vero, quod quatuor domus angulos ventus contigit, & in angulis platearum hypocrisis ad orationem consistere. Anguli hypocritarum loca, & ubi ficta virtutum imago residebat; nil citius, postquam à tempestate, ruina, ac jactura inveniunt, & comprimitur; & ubi hujusmodi obfusca facies apparebat, necesse fuit, ut ibi primò desolationi, ac devastationi aditus pateret. ut totum funditus everteretur; talis enim volutus immutatus totius rei est jactura, atque mutatio; & tales oculi in caelum fidei erecti, totum aedificium evertunt in terram.

40. Ait Dominus per Sophoniam 1. num. 15. Dies nebulae, & nubis, dies tuba & clangoris super angulos excelsos. Sed qui sunt anguli isti, super quos Dominus tam dira supplicia comminatur? D. Hieronymus ibi: Super angulos excelsos, opera perversa, & à recta via deviantia. Unde & à Salvatore arguuntur Pharisaei, quod adorant in angulis platearum: via enim recta, & tendens ad Paradisum, arcta, & angusta est, via autem fracta, habens angulos, & tortuosa, lata & spatiosa est, quod dicitur ad mortem. Omnia supplicia conglomerata districtè ultione cadunt in angulos, hypocritarum sedes; & inde via intortuosa, & lata pater ad perditionem. Quid mirum, si inde ad bonorum omnium jacturam tantum exurgit malum, quod etiam Dei ira ad vindictam exurgat. Hypocritis, dum virtutes dissimulat, perdit omnia, & supplicia in se follicitat.

Matth. 6. n. 6. Tu autem, cum oraveris, intra cubiculum tuum, & clauso ostio, ora Patrem tuum in abscondito: & Pater tuus, qui videt in abscondito, reddet tibi.

VERSIONES.

Græcus. Introito in locum secretum, seu penetrale. Variablas. Introito in cellam tuam. Arias. Et claudes ostium tuum. Syriac. Pater tuus, qui videt in secreto, reddet tibi in propatulo. Pagni. Pater tuus, qui videt in secreto, reddet tibi in propatulo.

EXPOSITIO.

41. In singulari loquitur Dominus: Tu, cum oraveris; ut notat D. Paschasius lib. 4. in Matth. ut unitas totius corporis Ecclesiae commendetur. Et ideo sæpe universalia præcepta quasi ad unum diriguntur, In-

tra cubiculum tuum. D. Augustinus lib. 2. de serm. Domini, in monte. D. Hieronymus, S. Ambrosius lib. de Cain & Abel, cap. 9. per cubiculum interpretantur cor, & mentem; quod, dum oramus, ingrediatur homo; & claudendum est ostium cordis ne cogitationes, ab oratione alienæ aditum valeant invenire. Unde ait D. Augustinus: Quæ sunt ista cubricula, nisi ipsa corda; parum est intrare cubricula, si ostium pateat. Hæc expositio moralis, ac symbolica est.

Tamen sensus literalis propriè intelligit cubiculum, seu locum secretum, ut sonat. Intra adverte, quod cubiculum apud veteres dicebatur locus precibus consecratus, quod idem est apud nos, ac Oratorium, seu capella, ut advertunt ad cap. 8. Judith, num. 5. Lyranus, Galpar. Sanchez, Sararius, quæstione. 3. Baronius in annot. in item 11. Junii, 8. in Capellam, & anno Christi 57. num. 104. qui omnes hoc videntur delampsi ex D. Paulino episcopi. 12. ad Severum. Ait Dominus: Intra cubiculum tuum; id est, Oratorium tuum, seu locum secretum, per quod Dominus nos docet, ut quantum opus sit, vitemus vanam gloriam, & ostentationem; & mentem ad solum Deum dirigamus. Accipe D. Cyprianum tract. de oratione. Secretò nos orare præcipi, in absconditis, & secretis locis, in cubiculis istis; quod magis convenit fidei, ut sciamus, Deum ubique esse præsentem, audire mentes, & videre, & majestatis suæ plenitudine, in absconditis, & occultis penetrare. Et ita in secreto est orandum, ut solus Deus audeat, & videat. Sic orabant Judi h. 8. num. 5. & Tobias 3. num. 10. Petrus Actor. 10. num. 9.

Et Pater tuus. Ecce subdite promissum præmium: Reddet tibi. Non dicit, ut ait D. Thomas, dabit, quia jam se debitorem constituit, id est, pro certo retribuet tibi mercedem. Quod etiam confirmat ex Chrysostomo. Reddet tibi. Græca exemplaria, Syrus, Arabicus, Pagninus, & Arias addunt in publico. Quia, si oras in secreto, Deus spondet tibi publicam, manifestamque tuæ orationis mercedem.

QUESTIO V.

Quomodo Dominus mandat ad orandum: Intra cubiculum, cum oratio publica in Ecclesia sit multum laudabilis?

44. PUBLICA Ecclesie oratio, & Ecclesiasticus chorus maximè laudabilis est, ac approbatus à sacra Scriptura, 3. Regum 8. num. 29. Psalm. 139. num. 3. Actor. 1. num. 24. & 6. num. 6. Et ab Apostolo ad Ephes. 9. num. 19. laudis Patribus, & usu universali totius Ecclesie, de quo latè Suavius lib. 4. de orat. cap. 1. Nam illa oratione publica, primò maximè honoratur, ac veneratur Deus; secundò alij ad orationem optimo exemplo accenduntur, & excitantur; tertio, ut omnes animo concordēs postolata à Deo facilius impetremus. Et ita Chrysostomus in illud Psal. 149. num. 3. Laudent eum in choro, ait, Ideo instituti sunt chori, ut omnes simul concordibus animis laudes offerant.

Has autem preces in publico non reprobat, nec damnat hic Dominus, sed tantum docet corrigendum inanem gloriæ appetitum, & vanam ostentationem.

EXPOSITIO.

45. LITERAM vitium, quod in oratione contingere potest, Dominus corrigi, quod in multa verbositate evenire possibile est; nam oratio debet esse, non in multis verbis, sed in puro ad Deum cordis affectu. Unde, ut docent D. Augustinus lib. 2. de serm. Dom. in monte. S. Thom. s. Thom. non reprobat multam orationem; nam ipse erat pernoctans in oratione Dei L. 6. num. 12. Sed damnat multiloquium de infidelitate, & non orationes, quas Sancti in cordis puritate Theophyl. fundunt. Theophylactus ait: Orantes ne suis battologi in precibus vestris. Battologia est nugacitas, ne exempli gratia, petere aliquid terrenum, gloriam, divitias, victoriam. Battologia enim est articulata vox, qualis est puerorum. Contemnit Dominus in oratione nugacitatem, & futilem verborum profusionem, & repetitionem, tanquam illorum, qui rhetoricè loquuntur. Et etiam nugacem, ac facilem orationem dicit Theophylactus eorum, qui terrena ac temporalia petunt, & battarismo comparat: Battarismus est vox inarticulata puerorum, significationis expertus, ex qua nihil audientes percipiunt. Oratio, terrena petens, multiloquio se distendens, battologia est, veluti balbutie quadam nihil significans; & Deus, qui orationis exauditor est, ita se habet ad illam, ac qui non intelligit, ut postulata concedat; nam illam verborum nugacitatem, ac affectum ad temporalia rejicit, & contemnit. Sicut Ethnicus, hoc est, Gentiles, qui putant se in multa verbositate exaudiri.

46. Nolite ergo assimilari eis. Nam Ethnicus putant, Deum res ignorare, seu omnia non considerare, ac proinde multiloquio, ac clamore opus esse, sibi persuadent. Ut fecerunt Sacerdotes Baal in sacrificio Eliæ 3. Reg. 18. num. 28. Ait ergo Christus: Ne eis assimilamini, nam Deus omnia novit, antequam sint; ut dixit Susanna Daniel 13. num. 42. & Ecclesiasti. 2. n. 29. Et ipse ut ait D. Cyprianus tract. de orat. Deus non vocis, sed cordis est audior; non verba orantis, sed animum; non vocem, sed affectum observat. Deinde, cum sit pater, blanda in filios viscera habet. Quid opus sit vobis, seu, ut est in Græco, quibus rebus opus habeatis. Antequam petatis eum. Vult tamen orari, ut homines suas miseras, & Dei miserationem agnoscant, sciantque se, non suo merito, sed Dei miseratione beneficia consequi; & ita ad accipiendum fiant idonei. D. August. epist. 21. c. 8. Deum, ait, velle exerceri in orationibus desiderium nostrum, quo possimus capere, quod preparat dare. Illud enim valde magnum est; sed nos ad accipiendum parvi, & angusti sumus; tanto autem illius sumus capaces, quanto id facilius credimus, & speramus firmius; & desideramus ardentius.

47. Matth. 7. 9. Sic ergo vos orabitis: Pater noster, qui es in caelis; sanctificetur nomen tuum.

VERSIONES.

D. August. lib. 2. Sic orate vos, de serm. Dom. Arias. Sic ergo adorare vos.

Per orationem soli Deo placere in eandem. Theophylactus: Quid igitur, in Ecclesia non orabo? Omnia, sed recto animo; & circa ostentationem; locus enim non nocet, sed modus, & intentio. Et idem docet Divus Chrysostomus homil. 6. in Matth. Ius ego, ait lachrymas requiro, quæ non ostentationi proficiunt, sed compunctioni. Quod late profequitur, & comprobat exemplo Annæ, de qua dicitur: Labia illius movebantur, vox penitus non audiebatur, 1. Reg. 1. num. 13.

48. D. Bernardus serm. 86. in Cantica. Orare volentes subeamus, intrare cubiculum; ne coram orantibus laus humana orationis foretur fructum, frustus effectum. Et post pauca adducit Prophetam excitantem animas ad nocturnas preces: Confurge, lauda in nocte, in principio vigiliarum, Thren. 2. num. 19. & ait: Quam secunda ascendit de nocte oratio, solo arbitro Deo; sanctoque Angelo, qui illam supremo alatri fuscit, præferendam; quam grata, & lucida, veracundo colorata rubore; quam serena, & placida, nullo interturbata clamore; propter hoc sponsa; non minus veracunde; quam causæ, secretum petebat, & n. Et; orare volens: I. lectulo, inquit, toro per noctes quasvis, quem diligit anima mea; Cant. 3. num. 1.

49. Exultabunt Sancti in gloria, latrabunt in cubiculis suis; Psalm. 149. num. 5. seu, ut alij legunt: Jucundabunt inter lectulos suos. Sed quantum sunt isti Sancti, qui exultant in gloria? Nimirum illi, qui inter cubicula sua, & inter lectulos suos, ac inter suam conscientiam, & in sui cordis secreto jucundantur in oratione, ac meditatione in Domino. Paschasius lib. 4. in Matth. Exultabunt Sancti de gloria pro gratia gratis percepta; latrabunt in cubiculis suis, scilicet in conscientiis suis; qua de causa monet Magister veritatis, ut ingrediatur unusquisque cubile cordis, & ibi incipiat orare, & operari; quod postea latari.

50. Matth. 6. n. 7. Orantes autem nolite multum loqui, sicut Ethnicus, putant enim, quod in multiloquio suo exaudiantur.

51. Num. 8. Nolite ergo assimilari eis: scit enim Pater vester, quid opus sit vobis antequam petatis eum.

VERSIONES.

52. Syriacus. Quom preces funditis, ne sitis mustitantes, ut hypocritæ.

53. Theophylactus. Orantes autem ne sitis battologi in precibus vestris.

54. Græcus. Putant enim in multa verbositate exaudiri.

ALTER TEXTUS.

Lucæ 11. n. 1. Cum oratis, dicite: Pater, sanctificetur nomen tuum.

EXPOSITIO.

50. REPROBATA hypocritarum ostentatione. Ethnicorumque in infidelitate multiloquio, tradit Dominus rectam, & admirabilem orandi formam, quam ob excellentiam suam Christus non semel docet, sed iterum repetit Luc. 11. num. 2. ut observant hic Euthymius, Rupertus, Abulensis, & alij, ut recte probant circumstantie loci, ac sermonis, ut utrumque textum consideranti patebit, ut ita maxime insinuata in suorum alta esset mente reposita.

Quam autem excellens, & admirabilis sit ista oratio, tribus ostenditur, ut observant D. Paschasius lib. 4. in Math. Albertus Magnus, S. Thomas, & alij. Est brevis, mysteriorum plena, & valde efficax. Brevis, paucitate verborum, quia Deus, non vocis, sed cordis est auditor. Psal. 9. n. 16. Preparationem cordis eorum audivit auris tua. Mysteriorum plena; nam licet aliis verbis uti inter orandum liceat; tamen, ut notat D. August. epist. 21. cap. 12. quidquid a Deo recte exorari, ac peti potest, hæc una Dominica oratio continet.

Unde Tertull. lib. de orat. cap. 1. & D. Cyprian. lib. de orat. eam appellant Evangelij brevium. Officium Ecclesiasticum, cum sit compendium totius Scripturæ, & brevium dicitur: sic & hæc oratio, cum sit compendium Evangelij, illius brevium nuncupabatur. In hoc Evangelij brevium, ut post D. Augustinum lib. 2. de verbis Dom. notant omnes commentatores, septem continentur petitiones. Tres primæ ad honorem Dei pertinent, reliquæ verò ad nostram utilitatem. Prima, Sanctificetur nomen tuum. Secunda, Adveniat regnum tuum. Tertia, Fiat voluntas tua, Quarta, Panem nostrum, &c. Quinta, Dimitte nobis debita nostra, &c. Sexta, Ne nos inducas in tentationem. Septima, Sed libera nos a malo. Quam autem efficax sit ista oratio, docet D. Cyprianus lib. de orat. inquit, Oremus itaque fratres, sicut Magister Deus docuit. Antea & familiaris oratio est Deum de suo rogare, ad aures ejus ascendere Christi orationem. Agnoscat Pater filij sui verba, cum precem facimus. Et post pauca, Et si quodcumque petierimus ab eo in nomine Christi, dabit nobis, Joan. 16. num. 23. Quanto efficacius impetramus, quod petimus in Christi nomine, si petimus ipsius Christi oratione.

52. Pater noster. Ecce persona, ad quam nostra oratio tendit, nempe ad Deum. Et sanè præclarum orandi principium, magnam nobis ingerens spem impetrandi, quod petimus; siquidem ad Patrem petimus. Quid enim nobis Patris amor non dabit? Quid non impetrabit supplicantium filiorum affectus? Ait Paulus Rom. 5. n. 2. Gloria-mur in spe filiorum Dei. Et ait Dominus, Qui es in calis; ut ad caelum mens nostra erigatur; & quia, ut ait Malach. 1. num. 6. Si pater ego sum tibi est honor meus; Ideo statim sequitur prima petitio: Sanctificetur nomen tuum; id est, tua

sanctitas, majestas, ac Deitas glorificetur ab omnibus; seu cultus, ac veneratio tuae divinæ majestatis, & Christianæ religionis, omni hæresi, ac errore destructo, glorificetur, ac adoretur ab omnibus. Et non dicitur sanctificetur, seu glorificetur Deus, sed, Sanctificetur nomen tuum, quia in hoc sæculo non cognoscimus Deum visu, sed, cum ambulemus per fidem, eum ex auditu agnoscimus. Cætera in questionibus.

51. Euthym. Rupert. Abulens. 51. Paschas. Alb. Mag. S. Thom. Psal. 9. August. Tertul. Cyprian. Maldonat. Cyprian.

Rom. 5. Malach. 1.

QUESTIO VI. Quare in hujus orationis principio Deum Patrem appellemus?

TERTULLIANUS lib. de orat. D. Cyprianus eodem tract. Chrysostr. Rupertus, & alij hoc loco, per Patrem hic primam Trinitatis personam interpretantur; ad hanc enim utpote Trinitatis primam videtur oratio dirigi. Tamen probabilius existimo cum Euthymio, Alberto Magno, Francisco Luca, Cornelio à Lapide, hic intelligi totam Trinitatem; quia omnes tres personæ æquè ad eadem omnia operantur; & ideo omnes æquè sunt invocandæ. Cur ergo sub nomine Patris, & non alio exprimuntur?

Respondeo primò ad questionem cum Divo Chrysostr. homil. 20. quòd hoc nomine Patris, recolimus beneficia ejus eximij amoris in nos collata, creationem, conservationem, redemptionem, ac peccatorum remissionem, sanctificationem, filiorum adoptionem, ac hereditatem regni caelorum, & alia hujusmodi, quæ omnia veri parentis, magno in filios amore attentius demonstrant affectum. Secundò, Ad significandam dignitatem novi Testamenti, ut observat Abulensis quasi. 102. In quo Deus nobis dedit potestatem, filios Dei fieri. Ante Evangelium autem in statu servorum homines erant. Unde notat D. Augustinus lib. 2. de verbis Domini, cap. 3. quòd in lege veteri, licet multa fuerint dæta in laudem Dei; nonquam tamen invenitur mandatum populo Israël, ut diceret: Pater noster; erant enim in statu servorum, dicente Paulo ad Galat. 4. num. 1. Quanto tempore bares parvulus est, nihil differit a servo, cum sit dominus omnium. At per Evangelium sumus ad filiorum conditionem provecti. Idem Paulus citato loco n. 5. Misit Deus filium suum factum ex muliere, ut adoptionem filiorum reciperemus. Et per hoc ostendit nobis, quanta bona sumus assecuti, cum facti simus filij Dei.

Tertidò, Chrysostr. serm. 69. sic fatur: Dum Christus ait, Pater noster, quod sua dignitatis est, tua esse voluit potestatis, juxta illud, Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem, filios Dei fieri. Joan. 1. 12. Tantis fuit Christi amor, & benignitas ut quantum fieri potuit, nos suæ summæ dignitatis participes redderet. Quartò Albertus Magnus. Non dicit, Dominus, non Deus sed Pater; nam si diceretur Deus vel Dominus, non haberemus fiduciam, ad magna, sed parva petenda, quæ pertinent ad servos: nomen autem patris dat animum ad magna postulanda. Deus autem vult, quòd magna ab eo obsecremus.

Quintò, Ad consolationem, ac fiduciam nostram. Quia, esto sumus peccatores, libenter ad Patrem

53. Tertull. Cyprian. Chrysostr. Rupert. Pro quo supponatur Pater. Euthym. Alb. Mag. Franc. Luc. Cornel. 54. Chrysostr. Magna beneficia testantur parentis affectum. Abulens. August. Excellentis legis gratia. Galat. 4. 55. Chrysostr. Joan. 1. 56. Alb. Mag. Deus vult, quòd ab eo magna petamus.

56. Sylvaira in Evang. Tom. II.

QUESTIO VII.

Quare hic potius invocemus Deum sub nomine Patris, quam sub nomine Verbi, vel Spiritus sancti.

UPERIORI questione multas dedit rationes, ob quas hic Deum patrem Alb. Magn. dicitur. Tamen Albertus Magnus hic solutio litterarum exorat dubitationem hanc: Cur potius dicimus Patrem, quam Filium, vel Spiritum sanctum? Et recte respondet, quia nomen Patris hic supponitur pro tota Trinitate, ut dixi superiori questione in initio, cujus opera ad extra sunt communia. Blandum enim Patris nomen dicit benignum affectum miserendi, largiendi bona in filios; hic autem affectus communis est omnibus tribus personis per respectum ad nos, Isai. 64. numero 8. Et nunc, Domine, Pater noster es tu, non verò latum: & scilicet noster tu, & opera manuum tuarum omnes nos. Cum autem oratio profertur sub nomine Patris, ad omnes tres personas dirigitur: si autem diceretur Filius, vel Spiritus sanctus, jam ad peculiare personas videretur ordinata.

Secundò, Pulchram hujus rei rationem excogitavit Tertull. lib. de orat. cap. Appellatio ista, ait, est pietatis, & potestatis. Item in Patre Filius invocatur, nec mater quidem Ecclesia prateritur; siquidem in Filio, & Patre mater recognoscitur, de qua constat, & Patris & Filij nomen. Non fit hæc oratio sub nomine Dei, etiam si omnibus providet creaturis; nec sub nomine Verbi, quod caro factum est; nec sub nomine Spiritus sancti, qui donorum gratia est distributor: sed sub nomine Patris, in quo Filius intelligitur, & mater ibi recognoscitur, scilicet Ecclesia sancta Catholica, sine cujus recognitione nullus potest Deum exorare; nec sine fide, quam ipsa docet, à Deo exaudiri, ut ait Cyprianus lib. de unitate Ecclesie. Deum habere non potest patrem, qui Ecclesiam non vult habere matrem.

Ad invocationem B. Virginis (ipsa enim est vera mater Filij Dei, materque pietatis omnium nostrum) hanc cogitationem Tertulliani transferamus. Docet sapientissimus magister exorare oratione; divina institutione formata, ut valeamus Dei auxilia impetrare, non tamen sub nomine Dei, nec Verbi, nec Spiritus Sancti; sed in nomine Patris, in quo Filius intelligitur, & mater ibi tacite involvitur: Ne mater quidem prateritur; siquidem in Filio, & Patre mater recognoscitur, de qua constat, & Patris, & Filij nomen. Et nostra quotidiana, ac solemnissima oratio fit efficax; ut multum coram omnipotente valeat obtinere, docentur ita Deum exorare, ut etiam, saltem implicite Mariam invocemus: tunc enim oratio nostra ad Deum efficaciter evolat, cum Mariæ auxilio adjuncta, & patrocinata ascendit. Accipe D. Bernardum serm. de Nativitate. Quidquid, ait, illud est, quod offerre paras, Maria commendare memento; ut eodem alveo ad largiorem gratia gratia redeat, quod fluxit. Fortè manus tue, aut sanguine pleno, aut infecta sunt numeribus, quod non eas ab omni munere excussisti; ideoque

Cum fiducia ad Deum accedamus. Et quamvis intercessores non habeamus, ipse paternus affectus pro nobis intercedit: eleganter D. Chrysostr. serm. 2. de Prodigio. Apud patrem non intercedit extraneus, inus est in peccatore patris ipse, qui intervenit, & exorat affectus. Nomen enim patris, quodam dicit naturalem in filios benignitatem, quæ intercessoribus minime indiget. Sextò Hugo. Pater dicitur, ut sic excitetur homo ad orandum, & se honorandum. Ecclesiast. 3. num. 13. Gloria hominis ex honore patris sui. Septimò idem Hugo: Non Deus, sed Pater dicitur, quia potius vult amari, quam timeri: nam Dei nomen timorem incutit. Patris verò amorem reconciliat.

Octavò, D. Gregorius Nyssenus lib. de orat. Cum, ait, dicitur Christus, ut patrem tuum Deum dicas, nihil aliud, quam per divinam vitam insistentem te colisti, Patri similem fieri jubet. Idem docent D. Cyprianus tractat. de orat. D. Chrysostr. serm. 68. ubi ait; quòd filij Dei nos probemus, ne degeneres simus. Dominus se patrem appellari jubet, ut se paterno ad optulandum declaret affectu. Nonquid oblivisci potest mulier insanam suam, ut non miseretur. Isai. 49. n. 15. Et ut nomine ipso oblivisci ad coelestem parentem imitandum, Attendite ad peccatam, unde excelsi estis, per creationem, & ad cavernam laci, de qua præcis estis, per creationem, Statim sequitur, Attendite ad Abraham, scilicet Christum, & ad Saram, quæ peperit vos, scilicet Ecclesiam.

Novò D. Cyprian. serm. de orat. Dominica, sic ait: Qui factus est Christianus, hinc debet incipere, ut proficiatur se Dei filium dum nominat patrem suum in cuius Deum, conestatur quoque inter primam statim natiuitatis sue verba, renunciasse se terreni, & carnali patris, patrem solum nosse, & habere esse, qui in calis est. Homo factus est Christianus; Christo, dediti nomen; memento, te in calis patrem habere, ut scias, te jam renunciasse terrenum, & omnia mundi hujus a te jam esse abdicata agnosce, ut solum coelestem parentem accipias, ut ejus voluntatem adimpleas, ac ejus exequaris mandata.

Moyles ad observantiam legis exhortans, ait Deuter. 33. Dumeron. 33. num. 9. Qui dixit patri suo, & matri sue, Nescio vos; & fratribus suis, Ignoro illos; & nescierunt filios suos, hi custodierunt. Ita sequatur de omnium tuum, & pactum tuum servaverunt. Hanc parentum inscientiam vult Moyles ad observandum pactum Domini, hoc est, legem Domini; cum in lege scriptum sit: Honora patrem tuum, & matrem tuam, Exod. 20. num. 12. Honoratio, & reverentia scientiam requirit; quomodo ergo inscientiam commendat Moyles? Significare volebat, quòd homo ita in Deum debet esse intentus, ut illius comparatione omnia contemnat; & ita à se dimittere inordinatum cognatorum affectum, ac si temporales ignoret parentes, ut æternus Parens agnoscat. Divus Gregorius lib. 7. moral. cap. 14. Ille, ait, scire Dominum familiaris appetit, qui pro amore pietatis nescire desiderat, quos carnaliter scivit.

57. Nyssen. Cyprian. Chrysostr. Isai. 49. Deum à nobis estimatis.

58. Cyprian. Christianus qui terram renunciasse patrem sequeatur.

59. Deuter. 33. Ita sequatur de omnium tuum, & pactum tuum servaverunt. Hanc parentum inscientiam vult Moyles ad observandum pactum Domini, hoc est, legem Domini; cum in lege scriptum sit: Honora patrem tuum, & matrem tuam, Exod. 20. num. 12. Honoratio, & reverentia scientiam requirit; quomodo ergo inscientiam commendat Moyles? Significare volebat, quòd homo ita in Deum debet esse intentus, ut illius comparatione omnia contemnat; & ita à se dimittere inordinatum cognatorum affectum, ac si temporales ignoret parentes, ut æternus Parens agnoscat. Divus Gregorius lib. 7. moral. cap. 14. Ille, ait, scire Dominum familiaris appetit, qui pro amore pietatis nescire desiderat, quos carnaliter scivit.

Gregor. 55. Chrysostr. 56. Alb. Mag. Deus vult, quòd ab eo magna petamus.

Sylvaira in Evang. Tom. II.